

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 932

Spisewjin

Covato, 27 marzo 1967

76



KATHOLIEKE UNIVERSITEIT
TE LEUVEN

Lovanii, 27 III 1967



Carissime pater,

bonum diu tibi rescribere debui de puella, quam studiorum causa Lovanium petere velle narrasti. At semper huc illuc distractus nec tempus invenio scribendi. Nunc ad rem: si mihi significare vis quare studia virgo illa in patria peregerit qualesque laureas consecuta sit, collegas meas rogabo quodnam studiorum curriculum apud nostros inire possit. Scito recens conditum esse Lovanii "Institutum Studiorum Medii Aevi", in quo doctoralem dignitatem consequi possunt studiosi. Idne fortasse placet?

* Fieri potest ut die 23^a aprilis Romam veniam, paucos dies ibi mansurus. Si de Rospalli in statione aliquantisper convenire possum, libenter per civitatem tuam iter declinabo. Vale!


Julius Jos. Josenpfer